Collegij Societatis JESV Ingolstadij.

# Tragicocomedia de iheroſolomitana ꝑfectione Illuſtriſſimi pꝛincipis pomeriani &c.

Faueant tibi ſidera pꝛecoꝛ.



Ad Bibl. Acad. Lund.

# Liber ad emptorem.

Tu qui animū claris adieciſti rebus
Quē iuuat veterū reuoluere vatū volumina
Perquiris heroū. qui geſta et forcia facta
Me lege: quod merito mireris inuenies

Idē ad eundē.

Quid nimiū ſpectas? te nūꝗ̄ emiſſe pigebit
Suſcipe me nūmis emptor amice tuis
Quid referā neſcis. Sꝫ cū mea ſcripta videbis
Inuenies celſi tu pia geſta ducis
Et dices. factū eſt hoc noſtro tp̄e rarū
Multaqꝫ que placeāt tu mihi crede leges

Idem.

Quid veterū (imprudēs) monumēta reuoluis
Clara maiorū: laborioſe: legēs geſta
Nō ī Scipiadis miraris. Camillis. Quīcijs. ⁊ De (cijs
Hoc (me legēs) vni° Bugiſlai v̓tute. mirari deſines

Eiuſdem Epigrāma.

Quid iuuat veterū ſcrutari vigilias ⁊ legere codi
Ut inde illuſtriū excerpant̄ exempla virorū (ces
Sileat mēdax grecia. tūidi macedoēs obmuteſcant
Perſe arrogātes. troiāi mēdoſi. rabida ora frenēt
Uno in heroe (dictu mirabile) Bugiſlao
Natura. romanorū exterorūqꝫ oīm v̓tutes īpreſſit

Petri Rauēnatis Utriuſqꝫ iuris Doctoris. Equitis aurati Ad Emptorē Carmen.

Nō dubites paucis opus hoc tibi querere nūmis
Pauca dabis. Sed tu munera magna feres
Hic vis cōſpicitur ſcribēdi magna poete
Hic quoqꝫ quo poſſit diſcere doctus erit

Petri Rauēnatis Juriſutriuſqꝫ doctoris. ⁊ equitis aurati ad libellū Carmē.

Sic tua forma iubet totū liber ibis in orbē
Candida fulgēti cornua fronte gerens
Foelicē ornabūt fulua inſtrumēta libellū
Nec deerit titulo purpureuſqꝫ color
Scriptori multū debes clariſſime diuo
Eternū fecit nomē habere tibi
Nō te culte liber poterit delere vetuſtas
Nō ignis. ſed te ſecula cūcta legent

Uincentij Rauēnatis Doctoris Itali ad Lectorē Carmē.

Perlege tu lector facūdi dicta Johānis
Atqꝫ iterū lector terqꝫ quaterqꝫ legas
Neſcio quid ſcripto certe ſit dulcius iſto
Aures nā mulcet. lecta referre iuuat
Eya age vos iuuenes doctū celebrate poetā
Atqꝫ memor tāti ſit bene quiſqꝫ viri
Juppiter hūc voluit naturā noſcere rerū
Et voluit noſtri tēporis eſſe decus
Ut video talē nobis nō priſca tulerūt
Tempora. nec ſimilē forte futura dabūt.

Eiuſdē Uincētij carmē in Inuidū.

Inuide quid laceras preclari dicta Johānis
Quid nō audebis ꝑfida lingua loqui?
Nec capieſqꝫ rudi ſic ſunt ſublimia mente
Aurea ſunt doctis iſta legēda viris
Inuide quid credis. carpēdo puluere ſufflas
Fundis et in omni verba canina loco
Et ſi tu docti carpas bene ſcripta Johānis
Talia tu nūꝗ̄ ſcribere poſſe puta

Rumperis inuidia docte dulcedine lingue
Rumperis inuidia ꝑfida lingua tace

Ad Magnificū ꝛ Splēdidiſſimū virū dn̄m Johānē de Kitzſcher Prepoſitū Colbergeñ. benemeritū. diuini hūaniqꝫ iuris interp̄tē. oratorē facūdiſſimū. Ac excelſi principis nr̄i Pomeranie ꝛc. cōſultorē. Vincentij Rauēnatis doctoris Itali ꝛc. Carmen.

Laus patrie virtutis honos dilecte Johānes
Salue quo nūq̄ charior alter erit
Tu nō argēto nec fuluo es deditus auro
Sed cūctis anima eſt gracior ipſa tibi
Te quoqꝫ faſtidit veneris damnoſa voluptas
Que ſolet inſanos reddere ſepe viros
Et tibi nā pulchro mens eſt in corpe ſana
Dulce tibi nomē miſina clara dedit
Ingenioqꝫ vales dubias cōponere lites
Atqꝫ faues doctis ingenioſe viris
Canonis es princeps. ſacrarū gloria legū
Alter Fabricius. religione Numa
Tu pater eloquij germane gloria gentis
Te cūcti laudāt. vtraqꝫ lingua colit
Aurea nūc etas qua natus Tullius alter
Lacteus et nobis Liuius alter adeſt
Juppiter atqꝫ dedit famā ſine labe tenere
Oblectas multos. principibuſqꝫ places
Vos precor o ſuperi noſtrū ſeruate Johānē
Qui fandi ſplendor vnicus eſtqꝫ decus
Jamqꝫ vale ac Italū memori ſub pectore conde
Quē fore ne dubita tempus in omne tuū

# Inclito ꝛ ꝓcelſo principi ꝛ dn̄o dn̄o

Georrio Stettinēſi. Pomeranie. Caſſubie Slauorūqꝫ Duci Pⁿcipi Rugie ac Comiti Gutzconēſi. Dn̄o et Patrono colēdiſſimo. Johes de Kitzſcher Utriuſqꝫiuris Doctor. Prepoſitus Colbergēſis S P D.

Uper cū ex Videlicia Auguſta rediſſē. quo ꝓcelſi genitoris tui noīe iuerā orator. Liptzk pagrans. aliq̄ celebres viri q̄ vna olī mecū in lr̄aria paleſtra inſtructi erāt. officij me gr̄a adierūt. Et cū (vt aſſolet) interloquēdū inuicti tui genitoris mētio incidiſſet. admirati hoīs v̄tutē adhortari vehemēti⁹ ceperūt comediā de laudabili ꝛ ſtupēda iſta iherosolimitana ꝓfectōe ꝯſcriberē Quā inūctā ꝓuinciā (vt imparē virib⁹) cū declinarē. tādē ꝑtinaci eorū et obſtīato ꝓpoſito cōuict⁹ inuit⁹ ı enitēſqꝫ onus ſubiui. duxi nāqꝫ ꝯſultius obtēꝑare hoīb⁹ optīe de me meritis q̄b⁹ vel ꝑperā obſequēdo volui adeſſe: q̄ꝫ prudēter ſilēdo deeſſe. venit p̄terea ī mentē vt aīoſe ſcriberē ea. q̄ v̄bis eſſent meis ꝛ excuſatōib⁹ fidē indubiā adiectura. fore nāqꝫ vt ea. q̄ tātoꝑe efflagitaſſent. et q̄ tumultuarie ꝯgeſſiſſez. ſelꝫ legētes faſtidire (ob īeptiā ariditatē ꝛ dicēdi gen⁹ ſimplex) inciperēt. nec vnq̄ꝫ in lucē ꝓducerēt Q̄ ō cū ſec⁹ accidiſſe viderez. iāqꝫ eam nr̄am p̄maturā ꝛ indigeſtā edicionē mltorū ī māib⁹ (ob rei nouitatē. geſtorū magnitudinē et dulcedinē v̄itatis) ꝯtuerer haud quaq̄ꝫ ſuſcepti penituit laboris. placuit nāqꝫ l incōcinni⁹ explicaſſe ea q̄ a pr̄e tuo fortiter ꝛ ſtrenue ſūt geſta (ne poſteritas tā claris fraudarēt exēplꝫ) q̄ꝫ pati ea obliuiōe corrodi. q̄ īmortalitate ſūt digniſſima. fuiſſēt tn̄ paulopoſt īopia ſcriptorū infmoritura.

ſubieci itaqꝫ ocl'is tue celſitudĩs rẽ ordĩe vti geſta fu-
it q̃ tãto fuit viſu audituqꝫ iucũdior. q̃to locupletio-
res teſtes q̃ itererãt affuere. mlˀtorũ itaqꝫ impmis tue
dignitatis hortatu eãipam (⁊ ſi ꝑcocẽ) in publicũ paſ-
ſus ſũ ꝓdire. feliciſſimo tuo noĩ inſcribẽs ⁊ dicãs. ſub
cuiꝰ vmbra facile eã liuidorũ veſanos morſꝰ ſpero eui
taturã Cui enĩ alteri dicarẽ ꝯueniẽtiꝰ inuẽtus ẽ nemo
Nã ꝑter ingenitã ĩdolẽ q̃ ad ĩgẽtia de te ſperãda oẽs
excitamur Eniteſcit in tã teneris annis q̃dã mira bõa
nitas. exuberãs comitaſ. facilitas liberalitas ꝑcipua.
fides. vitaſ ⁊ vtꝰ merito extollẽda Que oĩa pollicẽt te
ꝑncipẽ futurũ abſolutiſſimũ vt maiorũ ſtẽmata egre
gie ſis expꝑaturꝰ. q̃ tñ eq̃re glˀoſuz eẽt atz ꝑclarũ Nã
recte oĩa ꝯſiderãti nõ in poſtremis laudũ nũerabiẽ. ꝙ
vtrũqꝫ genꝰ ne dũ ad reges ſed ⁊ diuos (de q̃ ceſar olĩ
dictator glˀari ꝯſueuit) referre poteris. inq̃bꝰ tot tãqꝫ
inſignes viri floruere. tã fuere pacis belliqꝫ artibꝰ cla
ri. tã in pijs operibus deuoti. vt eorũ memoria nulla
ãnoſitate poterit aboleri ꝑteribimꝰ nãqꝫ ꝓrem cuiꝰ fa
ma nomẽqꝫ ad gangẽ ⁊ gades penetrauit. nec aui ꝓ-
auiqꝫ mẽcionẽ inferemꝰ. q̃rũ vterqꝫ militari glˀa: et di
ſciplĩa bellica fuit ꝑinſignis Barnim ille militaris
caſtrẽſiſqꝫ artis ſciẽtiſſimꝰ: bis (vt nr̃i canũt ãnales)
Ottõis ꝑmi ⁊ mg̃i copias fudit fugauit. eũqꝫ caſtris
exuit. altˀ Barnim Ludebicũ eiꝰ noĩs ſcm̃ imꝑatorẽ. vi
cit ꝯiecitqꝫ ĩ fugã magnã purpuratorũ ꝑtẽ enecãſ Eri
cũ gẽtiliciũ noĩatim receſebimꝰ. q̃ ſua q̃ polluit vtute
ad regalẽ ẽ dignitatẽ euectꝰ. dacis. ſwecis. norbegiſqꝫ
cũ ꝑclara tociꝰ gẽtis ſue laude q̃dragita ãnis imperi
tãs. Quid ꝙ Ceſar Fredericus orbis ille moderator
⁊ rector Auaqꝫ tua paterna duabꝰ ſũt ſororibꝰ ꝓgeni
ti laſciuiẽte vt opinor natura ⁊ equa lãce maternã he

reditatẽ ꝑciẽte. q̃ q̃to cumulaciꝰ alteri diuicias. potẽ
tiã. maieſtatẽqꝫ ꝯtribuiſſet. tãto fuit alteri plꝰ laudis.
hõris. ⁊ glˀe cõceſſura. Sz receptui cauẽdũ ne oĩm mẽ
cionẽ inferẽdo eplˀa voluĩs inſtar excreſcat Quis
tñ maternũ genꝰ tacitus ꝑterire poterit. quo ſub celo
nullũ eſt ſplẽdidius nullũ ſublimius. ꝑter ea nãqꝫ ꝙ
vetuſta ſerie a priſcis illis polonie regibꝰ recta linea
deriuẽ. q̃ ẽra mariqꝫ multa ⁊ ꝑclara ediderũt facino
ra. plˀra de ꝑfida turcarũ gẽte erexerũt trophea ⁊ ege
re triũphos. Adauctiꝰ nõnihil reddiẽ. ꝙ aua tua ma-
terna. regis filia. regis cõiunx. ⁊ ne dũ regis ſed regũ
mater. ſoror pene diuini iſtius Ladiſlai Hungarie
Bohemieqꝫ regis fore dignoſciẽ. q̃ piẽtiſſimus rex nõ
parũ adijcit cũ tibi tũ alijs ſuis nepotibꝰ ſplẽdoris.
eſtimatõis ⁊ integritatis. Js nãqꝫ fuit q̃ ab vniuerſa
criſtiana gẽte moriẽs meruit ꝯplorari. quẽ plˀes diuo
rũ numerũ adauxiſſe autumãt. Sz vtcũqꝫ ex eiꝰ gente
Elizabeth Conegũdis ⁊ alie ethereas domos inhabi
tãt. Poterit itaqꝫ haud inepte de te dici iſtud Sueto
nianũ Jn genere tuo eẽ ſanctitatẽ regũ qui plurimũ
inter hoĩes pollẽt ⁊ cerimoniã diuorũ q̃rũ in ꝑtãte ip
ſi ſũt reges. Tãtis itaqꝫ et tã põderoſis excitatꝰ exẽ-
plis magnoꝑe tibi elaborãdũ erit. ne ab eorũ claritu-
die videare degeneraſſe. Cõſueuit enĩ parẽtũ vis in fi-
lijs elucere. iuxta illud Horatianũ Eſt ĩ equis patrũ
virtꝰ nec imbellẽ Feroces ꝓgenerãt aquile colũbã.
Fac itaqꝫ diligẽter vt cepiſti ſtudijs incũbas. Et in hoc
ĩpis ꝑſtãcior futurꝰ. ꝙ illi militarẽ vt ꝑncipes cõſue
uerũt. habuerũt eruditõez. tu eã habiturꝰ. q̃ triuialis
haudq̃q̃ cẽſeri poterit. et tũc cũ prudẽs tũ ſapiẽs iu-
dicabere. Dicit nãqꝫ Lactãciꝰ tercio libro octauo ca-
pite Virtus cũ ſcia iũcta prudẽtia eſt. Jta tu ꝯnectẽs

doctrinā cū arte, et vtute bellica. aureū tuis cōſtitues ſeculū. dicēte phō Beatas eas reſpublicas. quarū pnceps prudēs eſt vel prudentū auctor. Tu itaqz cū p doctrinā z ingenitā vtutē ne dū prudēs ſz z ſapiēs euadere poteris. tuis es felicitatē. tibi immortalitatē adductur⁹
Uale tibi lacheſis ducat ſtamina longa precor.

## Paraſitus.

Paſcebāt graij latijqz ſcriptores plebē vbis z fabula
At ſeruis dñi verbera pſoluebāt liberaliter
Quorū neutrū mihi vnqꝫ placuit
Uerba mihi nō pacior dari: nec fabula reficior
Uerbera ſi quis tenet mihi iam remitto debitū
Sed ꝙ ampliſſimo elargiar cōfeſſui. plane nō habeo
Fabule nāqz plebecule: vt porcis glādes: cōgruūt
Fuſtes. flagra. cōpedes. furca: ſeruorū eſt hereditas
Uos qd pulchrū. ſonorū. et elimatū. decet
Uerū cū id nō ſit mihi. erubeo venire vacuus
Dabo igit qd in preſens habeo
Nō horriſonā Tragediā. aut Comediā cothurnatā
Sed rem geſtā. verā. et ſolidā ſubiciā oculis
Que ſi tenui z ſubmiſſo pſcripta ſtilo: oleat barbariē
Haud tamē cerebro officit: aut ledit nares
Audiēda eſt itaqz hec hodie
Que tāto eſt ceteris Comedijs cōſpectior
Quāto veritas nugis preſtare dignoſcit
Ego hinc abiens vinariā cellam ingrediar
Que mihi omni auditorio longe eſt ſuauior
Uos (ſi vacat) meū reditū preſtolamini
Quē (ni factus vinoſior) maturabo ſedulo

## Argumentū.

Abiturus domo Stettinenſis haerus
Cū ſatrapis de expeditione cōſulit
Qui ad vnū diſſuadent omnes
Inprimis vxor varijs terretur oſtentis
Hortat fruſtra ſecū vt maneat
Tandē littere afferūtur de eius interitu
Quas ſolertes ſenes caute ſupprimūt
Quo ad leciores herilis accipit cōiunx
Que dijs ſacrificās agit gracias
Nunctius vt geſta ſunt ordine omīa explicat

## Aliud Argumentū.

Peregre pfectur⁹ Stettinēſis dux itineri ſuccingit
Diſſuadēt (ne qdꝙ) pceres: tādē dolētes pferūt.
Miris mōis excruciat piūx. doloreqz exāiat miſera
Solant ſenes qui ſumme pſunt rerū (gūt
Hij acceptis de interitu ducis lrīs celare herā ſata-
Obſtrepet īterea portis tabellio alias lrās afferēs
Accerſunt ſenes quos ſollicitudo tenet ingens
Letis demū rebus matrona dijs actū grās pperat
Tabellio (intpellatus) ſenib⁹ rei geſte pmit ordinē

Aliud

Parante abicionē Stettinenſe duce
Proceres aduerſant et tenere tentant
Qui (cū lugēte vxore) fatigant fruſtra
Vt ſplendido comitatu et dolis ſubicitur
Meſte littere ſuorū perculūt animos
Eius putatiuā mortē here detegūt
Que demū de incolumitate facta certior
Senibus rei geſte ſeriē iubet enarrarier

# Dux Marſchallus Cãcellarius.

Neſcio ſi ſingulari id fato eueniat meo. an foꝛs (haud equa hũanarũ rerũ diſpẽſatrix) immicius in me debacheẗ vt oĩa ſecus. ac vellẽ aduerſa mihi eueniãt. ſed ſat credo hoc naturã oĩm parentem. oĩbus nobis indidiſſe vt ſemꝑ anxij. cogitabũdi. curis pleni. ſollicitiqʒ ſimus. eã nanqʒ infelicitatem tum auſpicamur. cũ ab ea nudi fragiles. cũ gemitu. ploꝛatu. ꝛ fletu. naſcẽtes abijcimur. Que prima militie rudimẽta cũ etate ſemꝑ ingraueſcunt. et tũc efficiunẗ acerbioꝛa. cum ratiõe cõſolidamur reſqʒ noſtras. arbitramur maxime pollere. Quia tũc erũnas miſeriaſqʒ hũanas meli⁹. ꝑpendimus. cernimus fragiles. ꝛ varias generis noſtri conditiones. Tum lubꝛicas incõſtantis foꝛtune fallacias. aſtus. dolos. fraudes. et deliramenta. cognoſcimus Ego qui omniũ accolarũ iuditio foꝛtunatiſſimus reputoꝛ, cuius floꝛere principatũ ſinguli autumãt. nunq̃ animo conſto. ſemper dubius ſum ꝛ anxius. nunc ſpe anim⁹ impelliẗ. illico motu eſtuat. paulopoſt inopinato doloꝛe cõfligitur. ac deniqʒ dies nocteſqʒ iuxta excrucioꝛ. parta foꝛis. cum gloꝛia. quiete a domeſticis (amicicie ꝑtextu) oppugnoꝛ. qui volentem peregre ꝓficiſci. impediunt. curas curis accumulant. pericula (que nuſq̃ extant gencium) cõmemoꝛant. obijciunt exempla. terras. mariaqʒ infeſta reddunt. vellent. credo inglorius cõſeneſcerẽ. et puelle inſtar. ſine fama. honoꝛe. aut nomĩe. apud patrios cõtabeſcerem lares. ſed fruſtrabunẗ conatu. ibo nanqʒ. vel ab eis incomitatus (dijs ꝓpicijs) ſingula exequar. ſed eccos ipõs qui huiuſce rei indubij ſunt auctoꝛes. eos alloquar ꝛ ex occaſiõe aucupaboꝛ ꝯſiliũ. Quis. aut de quo. inambulãtib⁹ vobiſ ſermo eſt? **Mar.** q̃s hõ adeſt. **Can.** O here ſalue. nõ ſpectat⁹ obꝛepis. **Dux.** Exceptur⁹ fui clãdeſtine ſermões. q̃s de me foꝛe nõ ſũ neſci⁹. **Mar.**

recte ariolaris. DUX. Sciui. ſed haud quaq̄ in
bonā ꝑtem mei mencionē intuliſſe vos nō dubito.
CAN. Semꝑ ego legere cōſueui ⁊ audire eos qui
culpa vacarēt merito ſuſpiciōe leuari. verū. tecū no
bis ſec⁹ accidit. MAR. ꝓferendū eſt qđ a patrono
obijcit̄. at ſi alteri⁹ ꝯditōis eſſet hō. iam ꝑ vbis ver
bera lucrifaceret. DUX. ita ne? MAR. ita inq̄. ⁊
tu quidem qui noſtram habes fidem ꝑſpectiſſimā.
modeſtius deberes agere. ne tacentes ob tui reuerē
ciam (conſcientia culpe) timidi. aut loquentes pe-
tulantes ( quod nollemus ) poſſemus videri.
CAN. vtrūq; durū eſt. aut ꝑferre qđ honori ⁊ eſti
mationi officiat. Aut verū impudentius laceſſere.
Cōmotoq; aīo irarū fomēta ſuggerere. DUX.
verū dicitis. At ego non eo aīo ea ꝓtuli vt vobis
diffiderē. aut famā vrā; vellē denigrare. S; vt vos
cepto ſubducerē. tā eī obſtiate conatib⁹ obuerſami
ni meis. vt ⁊ alios purpuratos trahatis in ſentētiā

Qđ haud equū a me cenſeri pōt. Hy eī eſtis qui-
bus ob virtutes. ꝑmarias ꝑtes aſſcripſi. contuli in
vtrūq; quantū potui ſplēdoris. nihil vobis abnu-
entib⁹ pagit̄. Uos leges viuendiq; normā ceteris
ꝑſcribitis. vrē auctoritati oīa parēt. Regli ⁊ ꝑtexa-
ti (nobis parētes) deferūt. vrbes ⁊ municipia obtē
perāt. oīa pandunt̄ ſecreciora ꝯſilia. nil vos ꝑterit.
nil latet. veſtro decreto oīa ſanciunt̄. Quare nō eſ-
ſet iniquū. mihi (cui⁹ vmbra hec ſiūt) deferreretis
nec temulēta petulātia cōtraluctaremini. MAR.
vera ꝑdicas. S; miror te q̄ prudētiſſim⁹ es ſuſpica
ri q̄ libētes tibi obuerſemur. DUX. Cur igitur?
MAR. Sacramēto adigimur q̄ tibi ꝑſtitim⁹. vt
vera. recta. ſalubria. cōſulamus. nō dulcia. CAN.
vellē ego ni eo vt calcari vrgerer oīa dicere q̄ tibi
ſcirem plurimū placitura. DUX. Quid igit̄ ea
quā paro expeditio terroris incutere? aut damni in
ferre pōt? Cur tantope diſſuadet? MAR. Que-

ris? deſine obſecro. Cui tā latū imperiū. populos
et gētes? cōmunē priuatāq; fortunā? dulciſſimā cō
iugē3? ſuauiſſimos liberos? patrios lar? es geniūq;
ipm relictur9? diſcedis? **Dux.** regnicolis quibuſ
dā qui ex fide ipis perunt. **Can.** nō tam fidē quā
facultatē. huius muneris pquirendā cenſeo. Quid
ēm fieret ſi nouercāte fortuna (q dij omen auertāt)
valitudinaria cōiunx aut filij ꝯſpicerent? Quid
ſi hoſtiles inſultos: aut noſtratū rebellionē ſenti
remus? Quid tūc ꝯſilij capiundū eſſet? quo nos cō
uerterem9 miſeri? nonne te ex vltimis orbis termi
nis accire tutū? aut ad lōgius differendū ſaluum?
**Dux.** futiles hee ſunt cogitatiōes nec niſi raren
ter ſolite euenire. **Can.** fateor. ſed qui nobis ad
ſunt ſpōſores. q nūc nō euētura pollicēt? **Dux.**
virtus vr̄a. et mea fortuna. **Mar.** Hui q parum
virt9 noſtra huic morbo opis afferre poterit. fortu
na tua ⁊ ſi ſit ampla. inſignis. ⁊ magnifica. nō tamē
ea cui tantū (tuto) cōmitti poſſit. qm optimo cuiq;
minime fidendū Solet nanq; tunc cū florentiſſima
eſt plereq; fallere ⁊ cōmutare vicem. **Dux.** Hec
oīa que dicitis et me p̄ſente poſſet. **Can.** verum.
ſed nō ea efficacia. p̄ſentis nanq; hoīs faciē leonis
dicūt. et torui vrgere p̄ſenciā p̄ſtantiſſim9 vatū ca
nit. **Dux.** Canat ipe an vos lugeatis indifferēs
ego itineri ſuccingar. **Mar.** Aliud ſi hoc trami
te ieris. qd tunc diſuadēdo. quid rationes adducen
do pficim9? S3 merito nō in tantum vileſcere tibi
opulētiſſime fortune munitiſſime vrbes innumeri
populi deberēt. vt hec certa. cū incertis cōmutares
Ea ſpernētem moueret merito cōiugalis thori dul
cedo. fauſtiſſime ſobolis affect9 Si vo iter iam de
creuiſti. vno exprime verbo. nec te et nos (fruſtra)
fatiga. **Dux.** iam placere incipitis cū mihi defer
tis ſummā rei. id libero meo exponentes arbitrio.
proin tu abi. fac tercentū armenī equites qui mecū

vna iter capeſſant nec te ſubtrahe. qñ cõſilio tuo et
opa decreui vti. Mar. faxo meã cũ fidẽ tũ diligẽ
tiã liquido cognoſces. vis ne aliud? Dux. nõ mõ
Mar. Abeo curatũ hec? Dux. bñ agis. heus
tu adeſdũ. Can. me ne vocas? Dux. te. Cã.
Quid rei mãdas? Dux. vt oĩa mea nullo diſcri
mine commiſſa habeas. ea fidei. induſtrie ⁊ ſolercie
tue ſubiicio Can. graue põdus. ⁊ impar viribus.
imponis humeris. ſub quo vereor poſſe concidere
Dux. nequaq̃ Can. Sed non iniuria metuo.
Dux. nil tã graue eſt quin ſtudio ⁊ ingenio poſ
ſit molliri ⁊ minui. nil tam durũ. aſperũ. ⁊ rugoſum.
q̃ nõ poſſit labore. induſtria. ⁊ ſagacitate illiquari
exaſceari. ⁊ planari. Quare ſtrenue capeſſe ꝓuinciã
et difficiliã queq̃ leuia videbunt. Can. vt iubes
faciundũ erit. dij omnia bene ⁊ ex ſentẽtia vortant.

## Marſchallus.

O ſumme rerũ opifex quot miſerijs. erũnis. et ca
lamitatibus hec noſtra vita cõtaminata eſt. Recte
dicit humanis delicijs parũ mellis. fellis ineſſe plu
rimũ. Ego vt iuſſerat herus. ꝓceribꝰ voluntatem
eiꝰ patefeci Qui ad vnũ ſtomachant oẽs: me huius
teſſere magiſtrũ adiũt. pericula cõnumerãt. diſcrimi
na recẽſent. rem denique ipſam vel iuſto plus (et ſi tẽ
nẽda nõ ſit) aggrauãt. Quid igit cõſilij capiẽ? qm̃
neutriq̃ ſuſpiciõe careo. Dux me optimatũ ꝑtibus
fauentẽ. ſuis me illi incuſant Tũ dux ipa (dij boni)
quot cruciatibus afficit. meret. luget. gemit. ſuſpi
rat. flet inceſſanter. irrigant lachrimis gene. ora ꝑ
petuis riuulis madefiũt. Triſticia oĩa plena ſunt
vlulatus toto gynecceo pſonat. fremitꝰ exaudit. mi
ſerabili clamore. ⁊ feminco gemitu ſingl'a ꝯſtrepũt.
Miſeret me ꝑfecto huius. vellemq̃. ſi quo poſſem
mõ ſubuenire dolẽti. Sed fruſtra attempto. nil em̃
ago ſi diſſuaſero ei. ob id ſuperis re commiſſa. hoc
ſaltẽ precabor fauſta ſit hec nr̃a abiicio. Sed eccam

foras egredit̄ me priuſq̄ abea cernor ſurripiam. ne
huic feſtinans nimis: aut hero moroſus videar.

## Pn̄ceps ipā. philomēa mgr̄a cum ie

Uo virū dixti iuiſſe. **Phi.** Ad fortune cā-
pū. vt ibi collectis militib⁹ recta hīc abeat **Prin.**
Placet omen Sȝ quo id narrabas auctore. **Phi.**
Cubiculario Quē paulo an̄ eo feſtinantē conueni.
ſolerter ſingula ꝑquirēs. **Prin.** Uellē te diligē-
cius reb⁹ meis inuigilare vt nō ꝑ certis nūctiares
incerta. **Phi.** feci accurate. omniq̄ȝ diligentia an-
nixa ſum ordine omia reſcirem nec arbitror me hō
tāte bonitatis fefellerit. **Prin.** debuiſſes ipſe non
nihil feſtināciꝰ. vt nō cū iſtinc venerim abijſſe vi-
rū cū dolore querar. **Phi.** iui quo potui hera ce-
leri⁹. nec quicq̄ cūctatiōis inieci. Sciēs anhelanti
animo feſtinari nō poſſe ſatis. **Prin.** neſcio quid
mali mihi mens p̄ſagiat. Cor palpitat. pulmo ſin-
gultit. ſplen ↄtrahit̄. et ipa deniq̄ȝ q̄ſi p̄cordia diſ-
rūpunt̄. **Ma.** Euacua te q̄ſo his curis. nec quicq̄
ſiniſtri metue. **Prin.** vellem ſi poſſem. Sȝ eo nūc
res nō ſunt ſtatu. **Ma.** Cur? nōne viri ante hac in
eque longinquas expeditiōes (et aliquāto quā hec
eſt ꝑicloſiores) iuere. et tamē. p̄ter ſpē ſepe honori
ficētiſſime ſunt reuerſi. **Prin.** Haud falſa cōme-
moras. Sȝ me miſerā interdiu horrēda ꝓdigia. no
cte inſomnia territāt. **Ma.** deſine rogo talib⁹ ha-
bere fidē. nil enī veri ineſſe a prudētib⁹ cōpertū ha
beo. **Prin.** Dy faxint Sȝ vidi heri ceruū (quo in
delicijs marit⁹ vtit̄) ab ignotis quibuſdā canibus
miſere lacerari. ⁊ ad necem vſq̄ȝ torqueri cū ingēti
vite ꝑiculo. **Ma.** Quid tum. **Prin.** occidiſſet.
niſi ſuꝑne ei auxiliū eſſet demiſſum. Aues nāq̄ȝ cla-
more ⁊ clāgore alarū eū tutate ſunt Caneſq̄ȝ rabi-
dos abegerūt. **Ma.** Sed quorſum iſtec? **Prin.**
Quorſum q̄ris? Quia funeſtū eſt omen nō iniuria
expaueſco. timēs ne inſidijs vir poſſet excipi **Ma.**

Fauſtū ego nō funeſtū ꝯtenderim. Si vtiqꝫ porten
tis indulgere iuuat. **Pam.** fauſtū ne? **Ma.** imo
nam ſi in qua p̄cipitarēt ꝑicula. Ea ſubire in tā ce-
lebri expeditiōe ſicut homī eſſet ꝑegrino piū. reli-
gioſū. et ſctm̄. Sic militari eque gl̾oſum. clarū. ⁊
ſplēdidū. Quū tū ſuꝑne: hoc eſt a ſūmo optīo maxīo
deo: defatigato laborib⁹ ꝓcul dubio ſuppecie ferēt
**Pa.** ita nauit interp̄tata es. vt ab ingētib⁹ curis
(q̄b⁹ opprimor) aliquaten⁹ reſpirauerim. verū: Sō
niū qđ p̄terita vidi nocte me maxīe turbat. **Ma.**
iſtud oro detege. **Pam.** vidi maritū maria ſulcā-
tem. multis exagitatū ꝓcellis. medijs fluctib⁹ ob-
rui. Et oīa elemēta mihi viſa ſunt in eum deſeuire.
micātia fulgura. eſtuātia maria: ſaxoſos ſcopulorū
caucaſos: rapidū ⁊ furentē boreā ipī intentare mor
tē. **Ma.** ne hoc q̄dē placet. quid poſtea. **Pam.**
Tandē ꝑ nos iam fere cōploratus. illeſus mihi re-
dijſſe viſus eſt. **Ma.** Diurnas ego ſepe audiui co-

gitatōnes in cauſa eſſe vnde talia ꝓueniāt ſomnia?
A q̄bus ſi ipā tibi temꝑares. nō tā horrēde viſiōes
animū ſollicitarēt tuū. **Pam.** Aliqđ dicis. Sed
hoc ſomniū eo eſt atroci⁹. quo plus caſ⁹. tēpus. con
dicio ſuſpectū reddūt. **Ma.** Nil moueor. dulcia
nāqꝫ cogitāti. dulcia. duriora. dura. truculētia. talia
qualia tibi euenere. obuerſari ſolēt. Sed fac aliūde
traxiſſe cauſā haud tū alio ſpectare pōt. niſi ꝙ ꝑicli
tari poſſet. cū tamē exit⁹ fortunatiſſim⁹ ſit futurus
Qui caſus q̄to ſūt duriores. eo alci⁹ poſthac. viros
fortes oblectare cōſueuerūt. Tu igitꝫ reſipiſce. ⁊ oīa
futura firmo ⁊ incōcuſſo anīo ꝑfer. nec deſpera quī
olimpi rector oīa ſuo ordine diſponet. ordinata dex
tro (vt aiūt) ſidere ꝑficiet **Pam.** facis tuis adhor
tacōibus vt reſumpto anīo bene ſperare occipiam
**Ma.** Recte agis **Pam.** Sed virum huc video
ꝓperātē meū. Miror quid rei ꝓpoſito eū auerterit?

**Dux. Princeps.**

Euiſū eo quo ī ſtatu res cōiugis ſite ſint. quā
maxio tabere merore dicūt. Cui vltimū dictur⁹ vale
extēplo faceſſaꝫ. Jā enī equites armis inſtructi me
um expectāt reditū. Sꝫ eā habeo inopinato obuiā.
Saluere te vxor iubeo. PLIN. et tu mi vir ſalue.
DUX. quo greſſū dirigis? PLĪ. te viſū. DUX.
Nūqd ſalue res? PLIN. ſalue. DUX. Quid vis
igit? PLIN. Rogare inſtituerā me ne deſereres?
Et hoc ipſū te per meū intemeratū amorē. cōiugale
fed⁹. amborū (q̄ tibi enixa ſū) pignora. p ea ſi q̄ a me
que grata fuere. p caput. tuāqꝫ dextrā rogo. oro.
atqꝫ obteſtor. me ne deſeras. DUX. nō te deſerere
ſed exiguū tpus relīquere in anio eſt. illico te maio
ri. gloria. laude. et gaudio inuiſur⁹ accedā. PLIN.
Mi vir. varij ſūt caſ⁹. immēſa picla. q̄ tali tuo inſti
tuto aduerſari poſſēt. Quare obſecro mecū mane.
Vt toto nr̄o ſeclo ſine cura aut ſollicitudīe tn̄ſacto.
trāquillo anio alter alteri⁹ lumīa claudat. non iſſi

mos iūgat amplexus. ⁊ ſic demū cōſumato vite cur
ſu (a filijs) maiorū inferamur ſepulchris Alij (qui
te ambicioſiores ſūt) nois ⁊ glīe mercaturā exerceāt
Que tāti venit. vt te nō fore ſoluēdo iudicē. nec vel
lem vno carere mēſe. ſi te famā hannibalis. poten-
ciā alexādri. metelli fortunā. gloriā Scipionis. vir
tutē ⁊ felicitatem octauiani. ſcirem exupaturum.
DUX. ex affectu loqueris. femineoqꝫ duceris in-
ſtinctu. Sꝫ viri fortis eſt ꝯtemnere ociū. fugere ig-
nauiā. floccifacere diſcrimina. Et ad clara periclis
graſſari. At tu vale. curaqꝫ valeant filij. de quorū
ſalute nō min⁹ hac mea ero ſollicitus. PLIN. Qn̄
aliter nō vis mos tibi gerendus eſt. Fauſte ⁊ tu mi
vir vale. fac queſo ne mei tibi obrepat obliuio.
DUX. fiet ſedulo. PLIN. Te oro optime maxīe
de⁹ voſqꝫ celeſtia numina vt hūc meū ſeruetis. ſer-
uatum ꝓbe quantocius ſine diſcrimine reducatis.
DUX. Jā ſentire incipio quā graue ſit a dulcib⁹

auelli amplexibus. nunc vna relicte. deſiderium com
munis amor. meror. ꝛ cura. admotis machinis ex-
pugnãt animũ. Sȝ excuciẽda eſt mollicies. languor
corporisq; lõgius abigendus. et quecunq; de⁹ ꝛ fors
conditionẽ dederint amplectẽda ſtrenue.

## Cancellari⁹. Demetrio ſeni.

Quid eſt? qd plus te ſolito. curſitãtẽ video? q
etate grauatus ſerpere ꝯſueſti antehac? Dr. Ab
miſſa verba face. Can. Quin tu plus etati indul
ge. Dr. deſine morari. Can. tu feſtinãcie cauſã
detege. ~~Dr. ingẽti puocor piculo.~~ Can. Quale
id eſt? Dr. maximũ. Can. Cõmune ne an priua
tũ? Dr. Tu ne herã? Can. Quo ipſſe. Dr. he
rilem ꝯiugem? Can. Quid egiſſe. Dr. Commu
nem patronã. Can. Quid attẽptaſſe? Dr. ex-
animatã. Can. exanimatã? Dr. audiſtin. Cã.
nõ hercle. Dr. ita eſt Can. qua de cauſa? Dr.
dolore, metu, amore, ꝛ deſiderio ab ſentis coniugis

reor. Can. proh iuppiter. Dr. intro ibo et ſi
que ſpes vite ſupeſt. nil omiſero. quo vitales illi ſpi
ritus reuocent. Can. vna veniã ſi forte qua in re
vſui tibi futur⁹ ſim. Dr. bñ facis ꝑ ꝑperato op⁹ eſt

## Magiſtra curie Cancellarius.

Ingenti ꝛ maximo hera defuncta piculo eſt.
Que hac hora morti q̄ vite fuit ꝓpior. O polorũ re
gina O altiſſimi regis puerpa q̄ arcte meabat ſpi-
ritus. Quã iã fuere oẽs vitales adit⁹ ꝑcluſi. Omis
naturalis calor euanuerat. iã credo quotã fili ptez
a parca ꝑciſam. ſuumq; crinẽ tuliſſe ꝓſerpinã. Cũ tu
caſtiſſima vgo. tua nobis affuiſti clemẽtia. ope de-
miſſa celit⁹. deſperatis affulſiſti reb⁹. Quare nunc
tuis faciã thura admoueri aris. riteq; ob tm̃ meri-
tũ ſacrificabo. Sed qd demiſſo vultu. atris ſupci-
lijs. rugoſaq; frõte Cãcellariũ incedẽtẽ video? Dy
faxint ne ſimulato dolore atrocitas rei rñdeat. Ce-
terũ qdcũq; id ſit, certũ ẽ ab eo ſciſcitarier. Sũt ne

res oēs (vt cupis) ſalue? **Ca.** minie. **Ma.** Quid
obſtat igit̄? **Can.** innumera? **Ma.** que iſta ſunt
**Can.** nō ꝓmēda tibi. **Ma.** Iha modeſti⁹ mecū
age. nec indignū eſtima ſi de cōi re (here noīe) dili
genti⁹ inquiro. Equū nāqꝫ eſt (q̄ōcūqꝫ id ſit) fore
eā ꝑticipē. **Can.** diſſimulanda mihi erit erga illā
funeſta ⁊ luctuoſa clades. ne cōtinuo ꝑ illā hera re-
ſciſcat Que accumulādo cruciatos cruciatib⁹ dolo
re poſſet opprimi. haud iniqua poſtulas. vt oīm q̄
heram concernūt noticiā habeas. nec q̄ō illa te fu-
~~giāt. Sȝ nūc me ꝓmere cogis q̄ ad te mihi.~~ **Ma.**
Que iſta ſunt? **Can.** familiaris me ꝑturbat ia-
ctura. **Ma.** tua ne? **Can.** mea. **Ma.** vnde ac-
cepta? **Can.** A vulcano. **Ma.** fuit ne hic inue-
terat⁹ ſenex. clauduſqꝫ furcifer nōnihil liberalior
diſtribuēdo ignē q̄ꝫ debuiſſet? **Can.** Rem tenes.
**Ma.** Cōdoleo; ſed ferēda ē hec moleſtia fortiter.
**Can.** ita faciūdū. **Ma.** iā a te diſcedo vt here ſa

crificē nomie **Can.** ij ꝓſpere. **Ma.** tu ꝑcor ipſā
inuiſe. meſtā ⁊ egrā ſolare v̄bis **Can.** faciā ſedulo
huic me tā dextre diſſimulaſſe ingēs malū. qū gau-
dere nō poſſū luctuoſo hoc tpe. herae tū ⁊ mihi gra
tulor. Hec nāqꝫ mulierū cōditio ē vt tacere nō poſ-
ſint. nec rē aliq̄ꝫ celare arte. Effluūt cōtinuo. ⁊ ſi ver
bis temperāt. indicijs (gaudio vł merore inſolito:
vt res habet) occultāda ꝓdūt. Q̄ō ſi in hac quoqꝫ
re eueniſſet. orbati hera indubie eſſem⁹. luctūqꝫ in
ſe maximū. hec domeſtica auxiſſet clades. ⁊ nō parū
ſua ruina aggrauaſſet. Quare tutū fuit ꝯſilio aute-
uertere Sed demiror q̄d ſenex venire ceſſet? Quem
bino accerſitū nūctio de oīni re cerciorem reddere
conſtituerā, Et cū eo ꝯſulere. quo mō. via et forma.
here infortuniū detegi poſſet. Et q̄ō ſic hoc fiat. mi
nime vt noceat. Oportune nūc ſenex adeſt. Qui nō
parū hoc malo vulnerabit̄.

## Demetrio ſenex: Cancellarius.

Quid rei esse debet.qđ tm̄ accelerare: ingemi‑
natis nūctijs iubeor? litteras allatas dixere pueri.
q̄s tales fore opto.vt metu nos nō perculāt aliquo.
aut pessundēt luctu.Sed tota hac nocte mire sum
cōflictat⁹.obuersata sunt horrēda. Que ita animū
mentēq; aggrauarūt meū.vt eas (q̄lescūq; sint) lit‑
teras nō parū metuā.Sz nō nihil Cācellari⁹ solito
videt̄ tristior. et nec hoc q̄dē placet. **Can.** Tādē
venis? **Dl.** Quid tandē.nōne tēpestiue sat adsū?
**Can.** nō grauarer si ijsses expedici⁹. **Dl.** pedes
habeo.~~et eos iā annositate debiles.alr mihi si esset.~~
festinanci⁹ affuissē.Jā displicere incipit huius taci
turnitas.inp̄mis me nō familiaris susceptio affligit
sed nūquid vis? **Can.** plura. **Dl.** ex pte deregē.
**Can.** intēdo. sed nō scio vti ordiar. **Dl.** tam ne
sunt varia? **Can.** imo simplicia. **Dl.** cur igit̄ ces
sas dicere? **Can.** nequeo tēpare lachrimis. **Dl.**
Quā obrem? **Can.** litteras cepi. **Dl.** bonas ne?

**Can.** minime **Dl.** quid igit̄ narrās? **Can.** he‑
rū. **Dl.** rediturū? **Can.** non. **Dl.** valitudina
riū ne? **Can.** nec hoc q̄dē. **Dl.** quid tū? **Can.**
suosq; oēs. **Dl.** affuturos? **Can.** nō inq̄. **Dl.**
quid tū ideo? **Can.** piclitatos. **Dl.** terra ne an
mari? **Can.** vtroq; **Dl.** mira narras vera si sūt
**Can.** vtinā falsa. **Dl.** Quid igit̄ actū? **Can.**
periere **Dl.** quo mō? **Can.** interiere. **Dl.** oēs
ne? **Can.** nl'lo excluso. **Dl.** Proh summe iupit̄
Sz tu mortuos eos asseris? **Can.** ita dico. **Dl.**
quo mortis genere? **Can.** vario. **Dl.** quomō va
rio? **Can.** igne. aqua. reste. telo missili. securi. et
gladio. **Dl.** mirāda narras. **Can.** hasce lege lit
teras. **Dl.** O optime de⁹ o pīetissime redēptor.q̄
hic est cas⁹ deflēd⁹. q tot clari z insignes viri mach
ometee cesserīt spurciciei.q tā impie et nefarie. la‑
trōes in eos deseuierīt. Sz filio alijsq; obmissis.me
principis vrget cōditio.illi⁹ interit⁹ me lacerat.op‑

pugnat. laniat. et diſcerpit. mors ei⁹ mētē rapit. me
dullas penetrat, corrodit fibras. vexat aīm. Et ocu
lis deniq; obuerſat cadētis imago. cui nec cupio nec
volo lōgi⁹ eē ſupſtes. CAN. Tēpanci⁹ age. cohibe
fletū. lachrimas abſterge. te deniq; virū monſtra.
DI. nequaq̄. Sic enī gemēs. merēs. fremēs. ⁊ frē
dens vita excedā. CAN. ſerua queſo te ip̄m. Et ge
mitu nil nos agere poſſe diligēter cogita. Sȝ eo po
cius animū intēde quo mō ſeruet̄ hera. DI. actū
ē illicet. expirabit illico cū reſcierit. CAN. Ob id
~~maximope opp̄mendū. ⁊ de ſalubri cogitandū cōſilio.~~
quo dextre eatur obuiā. ne vna exicialis ruina: aliā
(iā in p̄cipitiū inclinatā) ſecū trahat. DI. Recte
admones. ſed quis mod⁹? CAN. vt aliquot dies le
tos nos fingam⁹. depoſita omī mētis triſticia. vultu
nos reddam⁹ hilares. Demū captātes molliſſima
tēpora eā adoriamur ambagib⁹. nonq; ſemel effuſa
caſus enormitate. ſenſim rei geſte ſeriē enarremus.

DI. p̄udēter cōſulis. Sȝ diffido mihi ipſi: ne vi
ctus dolore rem minus celauero grauiter. CAN.
facies ſcio. nihilomin⁹ infrequētius adi. et ſi aliq̄n
dolor p̄ualeret. egritudinē effinge. Et vide ne aliq̄
deprehēſa nota te capiat. difficillimū naq; amantē.
languētē anīo. ⁊ oīa (vl' tutiſſima) formidātē falle
re. DI. Annitar ea exequi q̄ grauiſſima ſūt. agere
tū grauiter inſtās periculū. ⁊ timor me adijgunt et
vrgent. interea ſpero p̄ſul Camineñ aderit cui⁹ fre
tus cōſilio. maiori arte rem conficiam. Huc ingre
dior tu pone lege veſtigia.

## Tabellio: Portenari⁹: Caſtellan⁹

Aperi. aperi (heus tu) illico aperi. POR.
Quis hic inſan⁹ heriles cōfringit fores? TA. au
din? actutū aperi. POR. deſine verberare vbero. aut
ego te fuſtib⁹ verberabo. TA. at ego te cedā flagris
POR. Ego tibi caput diffringā. ni tā petulanter
pulſitare ceſſites. TA. dico tibi carnifex aperi. ni

a me vis pati ſobifragiū? POL. ebri⁹ hic me vlteo
laceſſit minis. TA. ſi aperire aperueris. hoſtiū et
te vna ꝯculcabo. POL. tu ne? TA. Ego atq̧ vl-
tra te dētib⁹ exoſſabo. POL. at ego te pugnis con
tortū ad necē vſq̧ cedam. TA. deſine minitarier.
POL. tibi dico non tam indiſcrete pulſita. TA.
intro fac veniā qm̄ ꝑperato opus ſit. POL. ni extē-
plo hīc abieris regula tibi diſrumpā caput. TA.
hic ſapit. declinat certamē nō comin⁹ (vt minatus
eſt) ſed eminus ꝯgreſſur⁹. in quo pugne genere pri-
marie ſue ſunt ptes. Cu me (tectus membris) et alio
commodi⁹ poſſit impetere. POL. Tu nō abis om
niū beluarū maxia? TA. tu nō aperis furū oīm.
et graſſatorum peſſim⁹? CAL. Qui hy ſunt inſueti
quos exercetis clamores? POL. nebulo hic val-
uam vi et armis oppugnat. TA. Hic me latro.
immerito portis arcet. CAL. Quis es tu? TA.
tabellio. CAL. a q̄ miſſus. TA. a Bugiſlao Stet

tineū. duce. CAL. obe expectatus aduenis. TA.
haud equidē cōſidero. qm̄ tanta repellar ptinacia:
familiariſq̧ haud familiariter excipiar. CAL. Ira
nō ſuccenſe: hūc ſuū expectat meritū. TA. quale id
eſt? CAL. vapulabit. TA. quando? CAL. Cum
paciēt tēpus. TA. iā nō repugnat. CAL. cū vſura
ego debitū ei ſoluā. POL. exolue ei queſo. minime
impaciēs eſt more. nec fidit debitoribus. CAL. vt
vis fiat. POL. te obſecro. CAL. potiꝰ hūc intro-
mittere? POL. nō noui hoīem. TA. mentit̄ potu
iſſet agnouiſſe inſignia. POL. nō vidi. MA. adde
ei rogo aliquot plagas ob mendacium. CAL. ſat
eſt eamus intro.

## Puer: Cancellarius: Demetrius

Jſcurrēdo ego hīc inde defatigat⁹ ſuꝫ nec vſq̄
eos quos quero reperi. ne itaq̧ longior mora: nō te
mihi apud herā fiet: recta ad eā ꝑpero. quā (tāetſi
culpa vacem) ſtomochari mihi nō ambigo. durio

raq̃ȝ ire ſue ſpicula ī me cōtorſurā. q̄ ambos nō ad-
duxerī. cunctatiōīs nāq̃ȝ impaciēs. quaſi ipſis ab-
ſentib⁹ litteras aperuiſſet. q̄s maximo excepit gau-
dio. mileſq̃ȝ eſt oſculata. **Can.** nos nimirū hic q̄ri
tat. qn̄ allatas memoret litteras. ⁊ de duob⁹ loq̄tur.
**De.** ita opinor. Sed clama puſq̄ ſe proripuerit.
**Cā.** heus tu. **Pri.** Quis hic clamat hō? **De.**
tibi notus. **Pri.** opportūe vos inueīo. miſſus nāq̃ȝ
ſū ab hera vos ad eā attraherē. **Cā.** qd hec vult?
**Pri.** neſcio. **De.** dic ſodes. noua ne ſunt? **Pri.**
allate littere. **Can.** q̃ vereor ne hec rē quā depri-
mere cupimus detegant. **De.** nil plus metuendū.
**Can.** ita vt dijs placet eueniat.

## Princeps. Epiſcopus. Cancellari us. Demetrius. Tabellio.

Nas ad me litteras dulciſſimus miſit cōiunx.
**Epiſ.** Quid noui afferūt? **Prin.** boni plurimū
**Can.** vtinā. **Prin.** Scribit ſe a Romāorū rege
Electoribus. et Principib⁹ exceptū ſplēdide. q̄ oēs
alternis officijs erga eū decertantes. cū honoris. tū
munificētie plurimū cōgeſſere. **Epiſ.** optīe factū.
**Prin.** tum abeūti ad dn̄icū ſepulchrū. Rex benig
ne cōmeatū tribuit. eū ad aliquot milia paſſuū: of-
ficij eſt gracia: inſequutus. **Epiſ.** Ex ſentēcia ſin-
gula euenerūt. **De.** Sȝ iā timeo grauiora ſequēt
**Prin.** ſulcātē maria ſereno et placido celo. ingēs
vis turcarū eſt adorta. **De.** heu totus formidīe
tremo. vixq̃ȝ cōſiſto planta. **Can.** miror quorſum
euadet? **Prin.** liburnicā qua vehebaꝛ mille arti-
bus. operoſis machinis oppugnātes capere ſeu ex-
pugnare nō potuere ſed ea egregie virtute ⁊ opera
cōmilitonum eſt defenſa. **Epiſ.** Quid igit̄ poſtre
mo actū? **Can.** id ipm̄ reſcire ꝑcupio. **De.** ego
deſiderio eſtuo. **Prin.** ampla eſt hiſtoria lōga am
bages Sȝ cū ego ob rem feliciter geſtā delubra deū

adire in anlo habeā. diis actura (quas merentur)
gracias; ab eo cōmode intelligetis. q̄ rebus oībus
interfuit ⁊ oculato poterit depromere teſtimonio.
Epiſ. ꝑplacet: vt inſtituiſti facito. Call. tu dic.
vti res acta. D l. id fac q̄ſo Ta. modō excedēres
ꝯtendimꝰ cādiā. Epiſ. Quid tū actū? Ta. p̄alti
i celū ſurgūt ſcopuli. q̄ inſularū more maria occu-
pāt. Epiſ. illicne nauis illiſa? Ta. minīe. Cā.
Quid actū igit̄? Ta. intelliges D l. vellē fieret
ocius Ta. locus hic collocādis inſidiis aptiſſimꝰ.
quo cū ventū eſſet. ex elata ſpicula dat̄ ſignū. Et cō-
tinuo nos hoſtes. antica. poſtica. et laterali. adori-
untur ꝑtibus. D l. O facinus indignū ⁊ audax
Ta. ad puppim onerarie due maxime deducūtur
ex quibꝰ vt alta quadā turri telis appetimur. prorā
liburnice due ingētes occupāt. due triremes dextrā
biremis vna leuā inuadūt. Epiſ. nō vos illico fu-
gā moliebamini? D l. nil fuiſſet caucius. Call.

Tacete: ſi poteſtis et rem totā accipietis. Ta. con-
tinuo patronus exclamat veneti ſe fore ſanguinis.
oſtētare inſignia et p̄cari ne ſe (cōtra ictū fedus) in-
iuria afficerēt nec q̄d q̄ temere attēptarent. aut ve-
netā quieſcentē. ꝓgerēt laceſſere potēciam. Epiſ.
q̄d tū ipſi? Ta. Elato horriſono clamore freme-
bāt. nihil ſecius tela immittētes. nos ſtupemꝰ atro-
citate facinoris. patronꝰ ꝑ oēs eos deos obteſtans
cepto abſtinere rogat. nūc minas p̄cibus. et lachri-
mas miſcendo minis. verū cū ſe nil ꝓficere cernit
ad imū nauis (tela euitans) ſe oculit. Quē magna
italorū ꝑs eſt inſequuta interea nos miſſilibꝰ eminꝰ
oppugnāt. lapides. iacula. vectes et oīa telorū gene-
ra in cōfertā bellancium cetum ꝯtorquēt. ſulfura.
ſtuppā pice ⁊ flamma mixtā deiiciūt. viue calcis cor-
bes ad extenuādū obtenebrādūq; viſum ex ſummis
caueis ⁊ ꝓpugnaculis deuoluēres. Dux. vidēs rem
in ꝑiculo eſſe. labentibꝰ aliis metu. ipſe agilis. hinc

inde diſcurrit. hortatur ſingulos.ſtatiões diuidit.
Quemq; ſtrenuiſſimũ amice affat̃. rogat. excitat.
orat.obſecrat vt memores priſce virtutis religiõis
xpiane.cũ ſanguinario hoſte fortiter decertẽt. ad-
monet ydentidẽ nullũ ipis patere pfugiũ. oĩa loca
hoſtilib⁹ armis obſepta.cõtinens a ſe vndis inua-
dibilib⁹ ſecretum ob id oẽm ſpem fortunas deniq;
omẽs ne dũ ipſarũ. ſed cõiugũ et filiorũ in eorũ dex-
tris repoſitã.que ſi ea hora obtorpuiſſet.nullũ poſt
hac locũ v̄tutis.nullũ clari facinoris eſſe habiturã
~~Hec memorãs.faxa in hoſtẽ demiſit.cõtorquet ha-~~
ſtilia.et temptãtes puppim cõſcendere in mare pci-
pitat.Eius ardore ceterorũ vires coaleſcũt.excitat̃
languens v̄tus.Quiuis intrepide ſe obicit piculo.
Et iã comin⁹ gladio res geri cepta eſt.cũ crebri ig-
niti orbes.ex onerarijs demiſſi. vela corruperant.
multi commilitones flamma ambuſti cadere.que iã
exuſtis remis tota paſſim cepit naui diſpgi. q̃ fere

abſumpta vulneratis pugnatorib⁹ et feſſis diuti-
nis laborib⁹.nihilomin⁹ egregie reſiſtebat̃.Oibus
nãq; vna volũtas certe morti occumbere q̃ in ho-
ſtiũ deuenire poteſtatẽ.cũ illico hoſtis receptui ca-
nit.p̄fectis nauiũ ad ſe accitis iubet p̄tor.omi iniu-
ria abſtineãt ſpernẽti mandatum irrogat penam.
**Can.** Qua id fecit cã? **Di.** velle ⁊ ego hoc ſcire
libẽs. **Epiſ.** ab ſinite eum cepta exequi nolite eſſe
moleſti. **Cã.** Quid moleſti? finẽ audire ſatago.
**Di.** id ⁊ ego pcupio. **Epiſ.** dic igit̃ exẽplo atq;
horũ reſtingue deſideriũ. **Ca.** ferunt cũ acerrime
depugnarẽt ⁊ iã noſtrates ob ſtrenue nauatã ope-
rã deficerẽt.Aliqui pcidiſſent vidiſſe p̄torẽ (Sa-
myr nomẽ fuit)machomet eorũ deũ a xpo:in ſũmi
tate mali peſſundatũ male mulctatum et ceſum fla-
gris.et ab eo auxiliũ expetiſſe.qđ tum p̄ſtare poſſet
ſi a temerario auſu cõtinuiſſet manũ.ſi vero pgeret
pſequi.ſciret ſe toti machometee genti.ingẽs incẽ-

diū excitaturū qđ ſine ingēti ipiꝰ interitu reſtingui
neq̄ret. nō ī tm̄ ſitire deberet paucorū ſanguinē qui
mlta ſuorū ſtrage. et nimio turcarū occaſu vindicā
dus aliqñ foret. ita ꝑegrīos iſtos deo eē cordi. Mo
uit p̄torē miſera dei ſui ꝯditio. Et ea q̄ potuit ope
ſubueniēdū duxit. exponēs igit̄ ea q̄ viderat cōmili-
tōibꝰ. deriſui haberi ceptꝰ ē. p̄fectorū vnꝰ acerbe ni-
mis ī eū inuehit̄. pauorē ⁊ aīm femineū īcrepās. nec
tāti dixit xp̄m eſtimādū. q̄ti eū ſuis diurnis ſomnijs
faceret. ꝙ is ꝯ machomet deorū oīm maximū poſſet
cuiꝰ famlatu dignꝰ haud q̄q̄ eēt. Et cū talia ⁊ acer-
biora ꝓmeret illico obmutuit. **Dl.** o factū bene.
**Can.** beaſti. **Epiſ.** ꝙ iuſta hec fuit dei vindctā.
**Ta.** Eo tacente Arfaxat vir impiger. et claritu-
dine rerū geſtarū apud populares magni nomīs
acrius lōge increpitat. ſe chriſtianū ductorē turcis
in nauibus videre exclamat. q̄ chriſticolis in ſūmo
ꝑiculo cōſtitutis. opē (quā ipi nō poſſent) figmētis
ambagibus. et anilibus ſomnijs: eſſet laturus: ſe ni
ſummi magiſtratus eū reuerētia cohiberet. pretorē
in maria p̄cipitaturū. et videre ſi chriſtꝰ latro (qui
dignū dolo aſtu et fallacia ſua tuliſſet p̄mium) illi
eſſet ſubuenturus. qñ nebulo in crucē merito eſſet
ſubactus. quo mortis genere aliud nō extaret nec
fedius nec ſpurcius. Redarguebat eū lenibꝰ pretor
verbis. ⁊ ydētidē dicere. nō vanū id eſſe aut futurū
quod meridiana luce vidiſſet q̄ flentis dei ſui voces
auribus collegiſſet. Sed ferox ⁊ aſperū ingeniū nil
mollitū cōſilijs. maxīa calūnia: dira et execranda in
chriſtū ꝓfudit. Tandē medio conamīe (murmurā
te adhuc gutture) cecidit exanimis. **Epiſ.** aptiori
tēpore vīdicare iniuriā deus nō potuiſſet. **Ta.** tū
tota turba fremere. pauitare. circūſpicere. tremere.
et horrere incipit. oēs vno vno ore efflagitāt (dimiſ
ſis chriſtiāis) betica legat littora. qđ eo faciliꝰ impe
trant quo pretor ſua fuit ſpōte inclinatior. **Epiſ.**
Sed qđ vos egiſtis? **Ta.** Condignas gracias deo

retulimus. **Epiſ.** Aliud ne? **Ta.** Ambuſta navi
diſfractis remis in Candiã cõcedim⁹. **Epiſ.** quid
ibi fit? **Ta.** nauis reficiť. **Epiſ.** bene. **Ta.** ſau
cij curãtur **Epiſ.** Recte **Ta.** Explẽtur remorũ
ordines. **Epiſ.** Optime. **Ta.** ꝛ tãdẽ oĩa q̃ ignis
abſumpſerat reſarciũtur. **Epiſ.** Laudabili inſti-
tuto oĩa cũ gloria ſũt cõfecta. **Can.** vera meõras.
**Epiſ.** Huc intro conceſſero ordinatũ vt adueni-
enti hero (vt equũ) prodeamus obuiã. vtqꝫ in eum
benemeritũ omĩa cõgerãť honorũ genera. **Can.**
Optime facis. **Pl.** At ego preconis voce tantũ
gaudij popularib⁹ diuulgabo. campanarũ clãgore
tubarũ cõcẽtu. canẽciũ melodia. variorũ inſtrumẽ-
torũ armonia et modulamĩe. gaudẽtis animi indi-
cia depromã. **Ta.** Vos recte et vt vultis valete.
qđ ſi neqt. vt poſſitis: et cuiuſqꝫ patiť fortũa maĩe.

Um a tam inſigni et memorãda expeditio
ne venecias ventũ eſſet. Dux (ne tã ſublimẽ
ṽtutẽ merito p̃mio fraudaret) cũ toto ſenatu oĩbuſ
qꝫ patricijs mag ꝛ celebri põpa. exornatis nauib⁹ lõ
go ordine ꝑdijt obuiã. Que ꝑtim erãt biſſo purpu
raqꝫ ꝯtecte. ꝑtim coccineo ſerico. et murice cõpte in
qua re venete diuicie inter ſe ꝯtẽdere vł poti⁹ luxu-
riare viſe ſũt. in p̃mis nauis p̃toria (quã buccepha
lon vocãt) Qua ip̃e p̃nceps excipiebať. ſpectatores
in ſe ꝯuertit. Que oſtro auroqꝫ ab ymo ad ſummũ
fuit velata. in eã accept⁹ amplis. magnificiſqꝫ ṽbis
ſuſcipiť. aguntť grẽ ꝙ tãta ꝯſtãtia ꝛ magnanimitate
ſeip̃m. ꝯmilitões nauim venetã. a turcarũ inſultib⁹
defenderit. ꝙ dec⁹ cũ ſuũ tũ criſtianũ nõ mõ cõſer-
uarit. ſed ampliauerit. extulerit ꝛ adauxerit. ꝓ qua
re tãtas deberi ſibi gracias ne dũ a venetis. ſ; a criſti
colis omĩbus. vt nõ modo debitas: cõmuni noĩe. ſ;
ne ſuo in preſens poſſent exoluere. Id tamen cure
venetis fore. vt in eorum annales res cõſcriberetur
que ꝑ omẽs etates ſenſim ad poſteritatẽ defluerer.
ei bene merito: inmortalitatẽ paritura. Poſthac re-
cta ad magnificũ et extructiſſimũ pallaciũ in quod

publico nomie est deductus. itū est. Ubi quiete per
frui iuſſus. a Duce Senatoribusq; deſerit᷑. Nō co=
nabimur deſcribere quāta pōpa et celebritate illud
expolitū fuit. q̄ta luxuria et venuſtate auleis pictū
qū ea res (tentata modo) opus faceret. vltra inſti=
tutū: ſuo ſplendore: excreſcere. cū tū ſtilus pfunctor=
rie cupiat oīa explanare. ad finēq; acceleret Sequē
ti die dux ſtipāte ſenatorū caterua eū adit. benigne
alloquit᷑. fouet. pmiſſis onerat. ſpe eleuat. pollicet᷑
plura. q̄ ipiꝰ ſint cū eſtimationē. tū gloriā adauctu=
ra. venetā deniq; amiciciā ꝑpetuā ſibi fore ſpōdet.
hortat᷑. benignitate ſenatꝰ. opa. potētia. auxilio. libe
ralitate. opibuſq;. audacter vtat᷑. vel (ſi ita viſum
fuerit) abutat᷑. eos illos fore q̄ nil tātope cupiāt q̄
ipi in oībus gratificari ꝛ pdeſſe. ille nec reſpuebat
oblata. nec p ſua modeſtia intpanciꝰ ↄtebat᷑. p̄ribꝰ
plebiq; ita acceptꝰ. vt ſolius nomē tota vrbe p̄dica=
ret᷑. laus gl'a honor ꝛ virtus pleniori decātaret᷑ ore
quouſq; Senatus ei publico ſumptu prādiū fecit ꝛ

epulas inſtruere. tāto ſūptu ꝛ pdigalitate. vt nō cre
dendū ſit Lucullis vnq̄ maiori celebritate prādiſſe.
nec cenā iſtā q̄ Anthoniꝰ a Cleopatra excipiebat tā
ti cōſtetiſſe. q̄ tū tot a Plinio ceteriſq; auctoribꝰ ſex=
tercijs eſtimat᷑. Aderāt (ne aliq̄d feſtiuitati detra=
het᷑) primarie ꝛ pulchriores venete matrone. q̄ oēs
hero purpuratiſq; ſuis blādiebāt᷑. hilacres. ſerenis
vultibꝰ ipōs cōtueri. cōniuereq;. admirabūde pnci=
pis ſtaturā (q̄ humana quodāmō videt᷑ auguſtior)
cōtēplāt᷑. Splēdorē vultꝰ. habitudinē corpis. mem
brorū pulchritudinē. morū venuſtatē. inceſſus gra=
uitatē. lingue agilitatē. vocis vborūq; ſonorā pro=
nūciatōez collaudāt. extollūt. ꝛ magnifaciūt. q̄libꝫ
earū fortune impcat᷑ q̄ talē ſibi nō cōtribuiſſet virū
Eā beatā dicūt q̄ tā felicis ꝛ ſplēdidi herois pfrue=
ret᷑ cōtubernio. Iā fames mltis edulijs. varioq; fer
culorū genere ſaciata fuit. cū tricliniū tot numero
pegrini ingrediūt᷑. q̄t cū ipo pncipe pceres ex ſuis

pꝛādebāt. q̄ (ꝗtū fieri potuit) cuiuſq; habitū. foꝛāz
ſtaturā. ⁊ diſpoſitōnē repſentarūt. Hij vulgari. ad
hoc cōpoſito carmine Pomeranos ſe dixerūt. et in
anīo habere dn̄icū adire ſepulchꝛū. Et q̄ id magis
ex ſentētia fierer. diuinū auxiliū imploꝛabāt. ſtupuit
pꝛimo intuitu pꝛinceps pallebant ſatrape credētes
hoc in ſuū dedecꝰ fieri. tacite alter alterū cōtuet̄ te-
nui ſuſurro tremula ligua. execratoꝛ cōuiciatoꝛes
quiuis vel nō adeſſe vel celeriter a bire optat. Quo
ad ex alia pte videt erūpentem magnā vim turcarū
q̄ furibūdi vt rabidi canes eos adoꝛiunt̄ vulnerāt
ꝯſternūt ⁊ occidūt. Sȝ viriliť iſtis reſiſtētibꝰ tādē
cōtra ſpem turce in fugā conyciunt̄ Quos ceden-
tes, criſtiani ꝯficiūt ⁊ enecāt grās oīm creatoꝛi agē
tes ꝗ eos a tāto hoſtiū inſultu ſua clemētia libera-
rit. dehinc interēptos cōmilitones tumulāt. enceni
as pagūt ducūt inſigni ſpectac'lo funebꝛē pompam.
ſaucijs medicos adhibēt. Et tandē oblitis vulneri

bus. crudis adhuc cicatricibꝰ cepta exequunt̄ ihe-
roſolimā adeūtes. puula interiecta moꝛa per aliā
quandā redeūtes ingrediunt̄ poꝛtā. canentes ſe iā
pietate dei ꝯfeciſſe votū et p̄cari, vt liceret ipſis pa-
trios lares geniumq; inuiſere Tū repente vgō q̄dā
apparuit cui angeli famulabant̄. aurea coꝛona gē-
mis intexta decoꝛabat caput. veſtis albeſcēs et can
dida. aureis fulgētibuſq; fuit ſtellulis ꝯſperſa ⁊ oīa
deniq; q̄ in ipā ꝯſpiciebant̄ hūanis fuere opibꝰ. ⁊ di
uicijs luculēcioꝛa. hec pegrinos accedēs acceptā ſi-
bi ⁊ filio nauatā operā ⁊ depꝛōptā deuocionē p̄di-
cat nec ſe vnq̄ tāti meriti futurā inmemoꝛē. decla-
raturāq; aliqn̄ ꝗ̄ fuerit ei tam nobilis victoꝛia ac-
cepta. Ceterū nō gazis non theſauris honoꝛibꝰ aut
diuicijs (quas miſeri moꝛtales tanti eſtimāt) poſſe
tā p̄clarū facinꝰ remunerari. ſed ſempiterna glīa et
btitudīe eſſe digniſſimū Qua certe ⁊ indubie filius
eos paulopoſt eſſet honeſtaturꝰ interea in pꝛomiſ-

ſoꝛū certitudinē ⁊ meritoꝛū laureā toꝛquē aureū
magni valoꝛis. auguſtioꝛi inter oēs q̄ ꝑncipis ꝑſo-
nā adeq̄bat. eſt elargita aſſerēs foꝛe vt ꝑ id inſigne
ſicut olim manli⁹ ne dū gētilicijs Sed romanis im
moꝛtale ⁊ ſplēdidū dec⁹ peperiſſet Sic eū nec ī hoc
ſecl'o noīe, nec in alio ſpū vnquā moꝛiturū. tūc ipſe
et alij pallia paſſi ſunt ꝑ ſcapulas delabi ⁊ oēs auro
purpuraq; veſtiti cōſpiciebant Collaudātes gloꝛi-
ficātesq; deū qui ē ingenit⁹ increat⁹ immēſus ⁊ sem-
pitern⁹ Eiuſq; intemeratā genitricē que v̓go eum
concepit et peperit et in generis humani redēptio
nem (eū incōpꝛehēſibilē) mūdo ꝓfudit Jamq; ex-
pleta fames epulis menſeq; remote.

Finis Tragicocomedie ꝓfectiōis ihero
ſolimitane Illuſtriſſimi ꝑncipis Pome
ranie. Liptzk ꝑ Melchiar Lotter impſſe
Anno xpi milleſimo qngēteſimo ꝗ̃z ꝑmo.